



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

239. Feria 2. Incitamenta ad tentationes alacriter ferendas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Feria 2. Domin. 10. post Pentecost. 429*

mittuntur ad viam illuminativam. qui cum gratia Dei absolutè volunt vitare peccata venialia, quæ de industria fiunt: vellent & subreptitia, sed rebellionem carnis, & infirmitate spiritus præditi saltem ea minuunt, se ipsos mortificant, custodiunt, utiliter occupant, & ex peccatis ipsis proficiunt, atque in virtutibus se exercent. Hinc intelligam, in qua via sim. In quacunque fuero, bene mecum publicano humiliavero: quia nimis absun ab exemplari meo D. JESU Eucharistico, qui cum sit *cibus fortium*, August. in manual. Petã ab eo roborari in via Domini.

MEDITATIO CCXXXIX.

*Fer. 2. Domin. 10. post Pentecosten.*

*Incitamenta ad tentationes alacriter ferendas.*

**A**spiciam militem Christi sudore, & pulvere decorum, complacentem sibi in infirmitatibus. Petam scire tētationis bonum

*Conf. 1.* Coronam appetens potest certamen, tentationem, instrumentum acquirendæ coronæ appetere. Ad hoc circumspiciendum, quòd in quaque tentatione sit, quod in prima primorum parentum, ubi quatuor fuerunt: serpens suggerens, mulier annuens, vir comedens, lignum pulchritudine suã alliciens. Lignum significat bonum temporale, serpens

430 *Fer. 2. Domin. 10. post Pentecost.*

Serpens diabolus, mulier sensualitatem, vir  
rationem. 1. ergo in tentatione est suggestio,  
quæ peccatum non est. 2. Auditio suggestio-  
nis, quæ si non involuntariè accipiatur, in-  
ducit jam peccatum minus, jam majus, pro  
majori aut minori negligentia resistendi. 3.  
Consensus in delectationem peccati. Cùm  
igitur tentatio appeti posse dicitur, de sug-  
gestionem sola id accipiendum est, de qua fru-  
ctus decerpitur, si diligenter resistatur; qua  
in re bella spiritualia superant pugnas tem-  
porales, quod in his vinci possit resistens, in  
spiritualibus, quando resistit, non potest.

*Conf. 2.* Tentationes superandas esse: quo-  
niam a Domino tentatione probamur. Mi-  
lites hujus seculi solent quidlibet audere, ut  
victoriam obtineant, si sciant se à suo Rege  
probari, qui illos ad magnam dignitatem  
ut evehat, primis periculis exponit. Et si ad-  
versus hostes magnum odium concipiunt,  
quia ab ipsis spoliati, & vulnerati fuerunt,  
eorumque vilitatem agnoscant. Si Regi  
quem unice amant, rem gratissimam se fa-  
cturos arbitrentur. Si magnum sibi auxi-  
lium, & validissimos socios ad hostes supe-  
randos advertant. Si denique cumulatissi-  
mam prædam vincensibus destinata sperent

*Conf. 3.* Quomodo hæc omnia me ad vi-  
ctoriam cujusque temptationis verissime pos-  
sunt

*Feria 3. Domin. 10. post Pentecost. 431*

int accendere: Nam Dominus, etsi non tenet, ut nos cognoscat, aut in malum impelat, teneat tamen, ut homini tētato, quid ipse sit, ostēdat, aut eundem alijs, aut ut ejus peccata & errata puniat, aut illi gloriā cōferat.

MEDITATIO. CCXL.

*Feria 3. Domin. 10. post Pentecost.*

*De alijs incitamentis appetenda  
tentationis.*

**A**spiciam militem Christi gloriantem de felicitate tribulationum: ad Rom. 1. *Gloriamur in tribulationibus.* Petam intelligere causam hujus felicitatis, eamque consequi.

*Conf. 1.* Tentationibus resistendum; quia hostes nostros resistentiā prosternimus, juxta illud: *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* 2. Tentationum victoriā Deum in nobis magnificamus, quia ei Fideles existimus. 3. Tentationum victoria nos Sanctorum coronam obtinemus, teste S. Jacobo: *Quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite.*

*Conf. 2.* Hominem ad tentationum victoriā a Deo, Angelis, & Sanctis iuvare. Deus quidem intelligentiam docet, voluntatem in Spem erigit, fortitudinem subministrat, remedia suppedicat, vires adversarij ligat, impugnationem extenuat, & tandem tentatio-